auferet ab oculis dāpnatorū vt eū de cetero vi-
deant diligētes. Paucū aūt dixit qz id qd plusq
videt hoīb⁹ brevissimū est ante oculos dei seqt.
Quia ego vivo et vos vivetis Theo. qsi dicat
Et si morte subiecto tū resurgo. vos quoqꝫ vive-
tis hoc e nū videritis me letabimū et tūc mortu
reuiuiscetis in apparicione mea Crisꝰ Nichi
aūt videt vitā non pūtem dicere sz futurā acsi
dicat Mors cruas nō distare faciet vos a mei
fine sz momēto quo me occultabit a vob Augꝰ
Cur aūt de pūis se dixerit viuere illos aūt de
futuro ee victuros nisi qz et vitā carnis resurge-
tib⁹ qlis in ipso precedebat et illis e pollicitꝰ secu-
rū Et qz ipsius mor futura erat resurrectio
pūtis tpis posuit verbū ppter significandā cele-

ritate ¶ Illoz ū aūt qui sc̄i differt in fine. nō aūt vi
uētis sed vuetis. qz vero viuet ille ideo et nos vi
uem⁹ p ꝯ hoiez quippe moꝛs et p ꝯ hoiez resurrec
tio moꝛtuoꝛū sequit. ¶ In illo die de q̄ sic̄ ait. et
vos vuetis. vos cognoscetis cōtemplando q̄uis
et nūc credendo noueri⁹ qz ego sū in p̄re et vos
in me et ego in vob̄is. Quia qui viuem⁹ ea vita
qua moꝛs absoꝛbet. tūc pficiet ꝯ hoc ipsū qd nūc
inchoatū est. iā p ipsū vt sit in nobis et nos i
ipso. ¶ Crisō. Vel in illo die cū resurgū cognosce
tis. qz cū viderūt eū resurrexisse et esse cū eis
tūc certissimā fidē didicerūt. ¶ magna ei erat
vētus spūssc̄i que oīa eos docebat. ¶ Qd aūt dic
tū est ego sū in p̄re ꝯ humilitatis est. qd aūt dixit. et
vos i me et ego i vob̄is ꝯ humanitatis ē. et auxiliū
qd ē a deo. Consuevit ei scriptura multotiens
eis de vob̄is in deo et ꝯ hoīb⁹ positis nō siliter vti.
¶ Hyla vnū de tri. Vel hoc dixit vt cū ille in patre
p naturā diuinitatis esse⁹ nos aūt in eo p corpalem
ei⁹ natiuitatē et ille rursꝰ i nobis p sacrameti
misteriū messe credere tr. ¶ Ipse ei testat⁹ ē q̄ edit
carnē meā et bibit sanguinē meū in me manet
et ego in eo. ¶ Cyrillus. Per dilectionē aūt et obser
uantiā mādatoꝛū ei⁹ tūc pficiet ꝯ hoc ipsū quod
nūc inchoatū est p ipsū vt sit i nobis et nos in
ipso. Et vt oīb⁹ nō tm̄ aplis ꝯ hāt beatitudinē pro
misisse videat. adiūgit. q̄ habz mādata mea et
seruat ea ille ē qui diligit me. ¶ Augꝰ Qui habz
in memoꝛia et seruat in vita. q̄ habet in sermonib⁹
et seruat in op̄ib⁹ q̄ habet audiendo et seruat fa
endo. q̄ habz ~~seruat~~ faciendo et seruat pseuerādo
ipse ē qui diligit me. Opere est demōstrāda di
lectio ne sit ifructuosa nōis appellatio. ¶ Theo.
acsi dicat. vos putatis q ex affectione q̄dā tristā
mini de moꝛte mea sz ego signū dilectōis reputo
mādata mea seruari. Quale aūt p̄rogatiuā
obtineat q̄ diligit ostendit subdens. Qui autē
diligit me diliget a p̄re meo et ego diligā eū.
¶ Augꝰ Sed quid ē diligā. tamē⁹ nūc nō diligat
exponit. id q̄ sequit. et manifestabo ei meipsū
id est ad hoc diligā vt manifestem et ipsā vi
sionē mercedē fidei capiam⁹. ¶ Nūc enī ad hoc
nos dilexit vt credam⁹. tūc ad hoc vt videam⁹
qz et nos nūc diligim⁹ credēdo q̄ videbim⁹. tūc
aūt diligem⁹ videndo q̄ credidim⁹. ¶ Augꝰ ad
paulinā. de videndo deo sic aūt p̄misit. ostensu
rū seipsū dilectoꝛib⁹ suis ai p̄re deū vnū. non quo
in hoc silo visus ē in coꝛpe et a malis. ¶ Theophi.
vel qz post resurrectionē apparitur⁹ illis erat in
coꝛpe magis repsentante diuinitatē. ne credāt ipm
spm̄ foꝛe seu fantasma. ob hoc p̄dixit illis vt
tūc videtes illū non diffidant sz remittant. quia
p̄ter mādatoꝛ⁹ suoꝛū custodiā apparet eis atz ideo
tenent semp custodire illa vt p̄petuo eis appareat
Dicit ei iudas nō ille scariothis Dic quid
factū est qz nob⁹ manifestaturꝰ es teipsū et
nō mūdo. ¶ Respondit ihs et dixit ei. Si q̄s diligit
me sermonē meū seruabit et p̄r me⁹ dili
get eū et ad eū veniem⁹ et mansionē apud
eū faciem⁹. q̄ nō diligit me sermones meos
non seruat. Et sermonē quē audistis nō est
me⁹ sed ei⁹ q̄ misit me p̄tis. Hec locut⁹ sū a
pud vos manēs. paracl⁹ aūt spūssc̄us quē
mittet p̄r in nōīe meo. ille vos docebit oīa
et suggeret vobis q̄cūq⁹ dixero vobis.
Pacē mea do vobis. pacem relinquo vob⁹
nō quō mūd⁹ mūdus dat. ego do vobis.
¶ Augꝰ Quia dñs dixerat adhuc modicū et
mund⁹ me iā non videt. vos aūt videbitis me
Interrogauit eū de hoc ipse iudas. nō ille tra
dituꝛ ei⁹ q̄ scharioth⁹ cognoiat⁹ ē sz cui⁹ epistō
la ī ter scripturas canonicas legit. vñ dicatur
dixit ei iudas nō ille scariothis. Onē q̄d factū
est qz nob⁹ manifestaturꝰ es teipsū et no mūdo.
causā quesiuit quare se nō in mūdo sz suis ma
nifestaturꝰ eet. Dns aūt exponit qre suis se
manifestaturꝰ ē non alienis qz sz hij diligūt
illi vero nō diligūt. vñ seq̄t. Respondit ihs et dixit
ei. si q̄s diligit me sermonē meū seruabit. ¶ Ore
go. ī omel. ¶ Obauo eū dilectionis exhibitio
est opis. nūq⁹ est dei amoꝛ otiosus. opatur et
eū magna si est. Si vero opari renuerit amoꝛ
nō est. ¶ Augꝰ Dilectio aūt sc̄os disc̄ernit a mū
do q̄ sant vnanimes habitare in domo in qua
sant p̄r et filiꝰ mānsionē. qui donāt et ipsā di
lectionē quib⁹ in fine donabit suā manifesta
tionē. Est ei quedā dei manifestatio iteroꝛ quā
pꝛoꝛsus impij nō noverūt quib⁹ dei p̄tis et spūs
sc̄i manifestatio nulla ē. filij vero ee potuit sz
in carne. q̄ nec talis ē q̄lis illa. nec semp illis
adesse potest sz ad modicū temp⁹ et hoc ad tu
dicū nō ad grandū ad supplicū nō ad p̄miū
vñ seq̄t. Et ad eū veniem⁹. venit quidē ad
nos dū veniem⁹ ad eos. venit subueniendo. ve
nimus obediendo venit illuminando veni⁹
ituendo. venit implendo. venim⁹ capiendo.
vt sit nobis coꝛū non extrinsea visio sz iterna
et in nob⁹ coꝛū nō transitoꝛia mānsio sz eterna
vñ seq̄t. Et mansionē apud eū faciem⁹. ¶ Ore
ī omel. In quoꝛūdā eteꝛū coꝛda venit et mānsio
nē nō fant qz p cōpunctionē quidā respectū dei
rapiunt. sz temptatiōis tpe hoc ipsū q̄d cōpūcti
fuerāt obliuiscūt. sicq̄ ad ꝯpetrāda p̄cia re
deūt acsi hec mūme planxissent. Qui sc̄ deū
vere diligit in eiꝰ coꝛde dns et venit et mānsio
nē fant qz sic eū diuinitatis amoꝛ penetrat vt
ab hoc amoꝛe tēptatiōis tpe nō recedat. ¶ Ille ei
vere amat qui⁹ mentē delectatio p̄rana ex con
sensu nō supat. ¶ Augꝰ an forte putabit mānsio
nē in dilectoꝛe suo facientib⁹ p̄r et filio exclu

sus ee ab hac mone spūs sanc Quid ē q̄ dr qd supra
rit aut de spūsco apud vos manebit et i vob
erit nisi forte qsq; sic absurdū ē vt arbitretur
cū pre et filio venerint discessurū inde spm
scm tanq; locū daturū maiorib; Sed et huic
carnali cogitationi occurrit scriptura cū dicit
vt maneat vobiscū in eternū In cade q̄ mone
cū ipsis erit in eternū q̄ ner ille sine ipis venit
ner illi sine eo sz inter insinuatione trinitatis p
sonus singulis notatis dicit quedā nō tū alijs
sepatis intelligit inter eius de trinitatis v
nam substanciā Greg. i ome. Tanto aut
qsq; a supno amore disiungit quanto iferius
delectat vñ subdit Qui nō diligit me ser
mones meos nō seruat de dilectione q̄ cōdito
ris lingua mens et vita reqrat Cris. vel alit
totū. Estimauit iudas sicut mortuos videmus
in somno ita se eū esse visuros. vñ q̄rit Quid
ē q̄ debes te manifestare nobis et nō mūdo
qsi di. ve nob̄ qm morieris et vt mortuj debes
nob̄ assistere. Ne igit hoc suspicent dicit. ego
et pater ad eū veniem⁹ qsi di. Dicut pr ma
nifestat seipsū ita et ego et mone apud
eū faciem⁹ qd sopnior nō ē seqt. Et sermo
ne quē audistis nō est meus sz eius q̄ me misit pris
qsi diceret nō me solū sz neq; patre amat qui
hūc nō audit sermone. Dicit aut hoc qm nichil
extra patre loquit neq; inter id qd illi videt.
Aug. Et fortasse inter aliqua distinctione
vbi suos dicit pl̄aliter sermones dicit dicens.
Qui nō diligit me sermones meos nō seruat. Vbi
aut sermone hoc ē verbū nō suū esse dicit sed
pris scipm intelligi voluit. Nō ei suū sz pris est
vbū. quo nr̄a ymago sz pris nec suus filius sed
pris Recte igit autoru tribuit qd facit eq̄lis a
quo habz hoc ipm q̄ illi ē indifferēs eqlis Cris
Quia vero coz q̄ dixerat qda manifesta erat
et qda non intellexerūt vt nō turbarent subū
git Hec locutus sū vob̄ apud vos manes Aug.
Alia ē illa mone quā promisit futurā alia ve
ro hec quā p̄sentem ee testat. Illa spiritalē atq;
intrinsecus mentib; reddit. Ista corpalis foris sensus oculi
atq; auribus exhibet Cris. Vt aut eius corpale
recessu facilius sustineret p̄parat eos p̄mittens
q̄ eius recessus magnoru eis ect futura causa bo
noru q̄ donec ipse apud eos corpaliter mane
bat et spūs nō venient nichil magnū poterūt
fiere. vñ seqt Paracl⁹ aut spūs seus quē mit
tet pr in nōe meo ille vos docebit oia et sugge
ret vob̄ oia quecūq; dixero vob Greg. Greca lo
cutione paracl⁹ latina aduocat⁹ dicit vel cō
solator. Qui idcirco aduocat⁹ dicit q̄ p errore
delinquēciū apud iustā pris itercedit dū
eos qs repulerit exorabiles facit Cōsolator aut
idem spūs vocat q̄ de pū pcrastinoē meren

tib; dū spem venie pparat ab afflictione tristicie
mente leuat Cris. Cōtinue vt eū pacientū vent
pter cōtinentes eos tribulationes Didim⁹ de
spūsco Dm aut scm a pre in suo mitti nōe sal
uator assirmat cū ppria nomē salvatoris sit
filius Siquidē nature cōsortiū et vt ita dicā pprie
tas psonaru ex ista voce significat filius quippe
tūmodo ē in nōe pris venire salua proprietate
filij ad patrē nullus aut alius venit i nōe pris sz
tibi gra i nōe dni dei et omipotentis Quo igit
seru q̄m nōe dni venūt p hoc ipsū q̄ subiecti
sūt et seruūt indicāt dnm. Heru quippe sūt
dni. sic et filius q̄ venit i nōe pris portat eius no
mē p hoc q̄ vnigenit⁹ dei filius approbat. Qa
aut spūsc̄us in nomine filij a pre mittit ostendit
q̄ vnitate sit iunctus ad filiū. vñ et filius dixit esse
spūm p adoptionē suā. filios faciens eos q̄ se re
cipere voluissent Iste aut spūsc̄us q̄ venit i nōe
filij missus a pre docebat oia eos q̄ in fide xpi per
fecti sūt. Oia aut illa q̄ spiritalia sūt et intel
lectualia veritatis et sapie sacramēta. Docebit
vero nō sicut q̄rtes aliquas et sapiaz studio
industriaq; didicere sz quasi ipe ars atz doctrina
et sapia veritatis spūs inuisibiliter menti in
sinuat scientia diuinoru Greg. Nisi aut ide
spūs cordi assit audientis otiosus ē sermo doc
toris Nemo q̄ docenti hoi tribuat qd ex ore do
ctoris intelligit. q̄ nisi intus sit q̄ doceat doctoris
lingua exteriu⁹ inania laborat Dz et ipe
cōditor nō ad eruditionē hoīs loqt si ei de hoī
p unctionē spūs nō loqt Aug. Nūqd aut
dicat filius et docet spūsc̄us vt docēte filio vba
capiam⁹ docēte aut spūsco eadē vba intelliga
mus. ōnis igit et dicit et docet trinitas Sed
nisi ei sigillati cōmendat ea millo modo hu
mana capere vtriusq; posset infirmitas Greg
Requirendū vero nobis ē aut de eode spu dicatur
suggeret vob̄ oia. cū suggerere soleat esse minoris Sed q̄ suggerē aliq̄n dicam⁹ subministrare
inuisibilis spūs suggerē dicat nō q̄ vob̄ scientia
ab imo iferat sz ab occulto Aug. Vel q̄ addi
dit suggeret id est cōmemorabit vos intelligē
debem⁹ ea q̄ nobem nō obliuisci salubria mo
nita ad gra pduere q̄nos cōmemorat xps.
Theoph. Spūs itaq; scūs et docuit et cōmemo
rauit. Docuit quidē q̄uq; nō dixerat eis xps
tūq; nō valentib; portare Cōmemorauit ve
ro q̄uq; dns dixerat sz obscuritatis causa vi
dentes tarditate cōmendare memorie neglexerūt Cris. Quia vero et hec audientes tur
babant. excogitantes odia et pelia sibi imine
re post eius recessu rursus eos cōsolat dicēs
Pacē relinquo vob̄ pacē meā do vob Aug.
pacē nob̄ reliquit i hoc sclo in qua manentes
hostē vincim⁹ et vt ea hic inuicem diligam⁹

pacē suā nobis dabit in futuro seculo qñ sine hoste regnabim⁹ vbi nūq̄ dissentire possum⁹ ℣ Pax aūt nob ipse est et tū credim⁹ qz ē. et cū videbim⁹ eū sicuti est. ℣ Ded q̄d ē q̄d vbi dicit pacē relinquo vob nō addidit meā. vbi vero ait do vobis ibi dixit meā. vtrū subaudiendū est meā et vbi dictū nō est an forte et hic aliq̄d latet ℣ Pacē eñ suā eam voluit itelligi qualē habz ipse. ℣ Pax vero ista quā nobis reliquit in hoc scło nrā potius dicenda ē q̄ ipsius. ℣ Illi quippe nichil repugnat in seipso. qz nullū habet omnino peccm. ℣ Nos aūt talē pacem nūc habem⁹ in qua adhuc dicam⁹ dimitte nobis debita nra. ℣ Itēqz inter nosipsos ē nobis pax qua inuicem nob credim⁹ q̄ inuicem diligam⁹ sed nec ipsa plena ē. qz cogitationes cordis nri inuicem nō videm⁹. ℣ Ner ignoro ista dñi verba eñā sic accipi posse vt eiusdē sententie repetitio videatur. Q̄d vero dñs adiūxit. nō quō mundus dat ego do vob. Quid ē aliud nisi nō quō homines dant q̄ diligūt mundū q̄ppterea sibi dant pacē vt sine molestia mūdo ꝓfruantur et q̄ iustis pacē vt nō eos ꝓsequāt. pax esse nō potest vera vbi nō est vera concordia. quā disiūcta sūt corda Crīs. ℣ Pax eñā exterior ad malū sit multoties et eis q̄ habēt eā nichil p̄ dest. ℣ Aug⁹ de vbis dñi. Est aūtē pax serenitas mētis tranq̄llitas animi simplicitas cordis. amoris vinculū cōsortiū cantatis. ℣ Ner potest ad hereditatē dñi pcurre q̄ testamentū pacis noluerit obseruare. nec potest cōcordiā habere cū xpō q̄ discors voluerit esse cū xpiano.

℣ Non turbet cor vrm neq̄ formidet. Audistis qz ego vob dixi. vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ qz vado ad patrē qz pr maior me est. Et nūc dixi vob prius q̄ fiat. vt cū factū fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscū. Venit enī princeps mūdi hui⁹ et in me nō habz q̄q̄. ℣ Sed vt cognoscat mundus qz diligo patrem et et sicut mandatū dedit mi pater sic facio Surgite eam⁹ hinc.

℣ Crīs. qz dixerat pacē relinquo vob. q̄d erat precedentis hoc poterat cōturbare. Ideo dicit nō turbet cor vrm neq̄ formidet. qm̄ hoc quidē ex dilectione. Illa vero ex formidine parebant. ℣ Aug⁹ Jam aūt turbari et formidare poterat cor illoz q̄ ibat ab eis q̄nis venturus ad eos ne forsitan grege lupus hoc iteruallo inuaderet pastoris absentia. vñ sequit. Audistis quia ego dixi vobis. vado et venio ad vos. Ibat aūt p id q̄d homo erat et manebat p id q̄d deus erat. ne itaq̄ turbaret. et formidaret cor qm̄ sic deserebat oculos vt ihō deseret cor. Vt aūt intelligeret secm id q̄d homo erat eū dixisse vado et venio ad vos subiecit atq̄ ait. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ qz vado ad patrē. qz pater maior me ē. ℣ Q̄d ergo filius nō est eqlis patri p hoc erat iturus ad patrem. a quo et venturus est iudicaturus viuos et mortuos. ℣ Per illud aut in quo ē equalis genti nūq̄ recedit a pre sz cū illo ē vbiq̄ totus pari diuinitate qua nullus cōtinet locus. Ipse ē filius dei equalis patri in forma dei. qz semetipsū exinaniuit non formā dei amittens sed formā serui accipiens maior ē eñā seipso. qz maior est forma dei q̄ amissa nō est. q̄ forma serui q̄ accepta est. ℣ Per id est forma serui in qua dei filius minor est non pre solo sed eñā spūsco secm hāc formā serui. ℣ Quer xps eñā parentib⁹ minor erat qñ parvus maioribus sicut scriptū est subditus erat. Aliquos eñim⁹ id est genuina substantiā xpi diuinā sz qua equalis est patri et hūanā qua maior est pre. vtriusq̄ aūt simul nō duo sz vnus est xps ne sit q̄ternitas sz trinitas deus ideo ē dixit. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ qz vado ad patrē. qz nature hūane gratulandū est eo q̄ sit assūpta ē a vbo vnigenito vt inmortalis cōstitueret in celo atq̄ ita fieret terrenis vt incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram patris. Quis nō hinc gaudeat q̄ sic diligit xpm. vt et suā naturā iam imortalē gratuletur in xpo atq̄ ipsū speret futurū esse p xpm. ℣ Hilarius de trinita. vel aliter. Si donatis autoritate pr maior me ē. nūq̄d p doni cōfessionē minor filius ē. Maior itaq̄ donans est sz minor iā non est cuius vnū esse donat. ℣ Crīs vel alit. Nondū nouerāt apli q̄d sit resurrectio quam p̄dixerat dicēs. vado et venio ad vos. Nec q̄ē oportebat de eo opinionē habebāt. patrē vero magnū esse estimabāt. Dicit itaq̄ eis. et si de me formidatis vt nō sufficiente michi ipsi assistere. nec cōfiditis q̄ post crucē rursus vos videbo. tm audientes qm̄ ad patrē vado optebat letari de reliquo qm̄ ad maiorē vado. et potentē oīa versuta dissoluere. ℣ Per aūt ōma ad ibeallitatē discipulorū dicebant. et ideo subdit. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat. vt cū factū fuerit credatis. ℣ Aug⁹ Quid ē hoc cū magis credere homo debeat aliq̄ fiat ad q̄d credendū est. Per est eñ laus fidei. si q̄d credit nō videtur. Nā et ille cui dictū est qz vidisti credidisti. aliud vidit aliud credidit. vidit hoīem credidit deū. Sed si dicūt credi q̄ vident. sicut dicit vnus ex eis oculis suis se credidisse nō tm ipsa ē que in nobis edificat fides sz ex rebus q̄ vident agit in nob vt ea credāt que nō vident. Illud itaq̄ dicit cū factū fuerit q̄ eū post mortē visuri erant vnientē et ad patrem ascendentē quo visu fuerāt credituri q̄ ipse ect xps filius dei qui hoc potuit face

et predicẽ añ̃p̃ faceret. Creduturi aũt hoc non
fide noua sz̃ aucta aut certe cũ mortuꝰ esset de
secta cũ resurrexisset refecta. ℣ Hila. ix de trinꝫ.
Glozie aũt resumende meritũ cõtinue subiecit
dicẽs. Iã nõ multa loquar vobiscũ. ℣ Veda. Ideo
hoc dicebat. qm̃ iã instabat tempꝰ vt cõprehen
deret. et ad mortẽ traderet. venit enĩ princeps
mũdi. ℣ Augꝰ Quis nisi diabolꝰ nõ aũt creatu
rarũ sz̃ pẽorũ princeps ẽ et diabolꝰ. Vñ aplꝰ
cũ diceret aduersus rectores mũdi sequenti vbo
exposuit. qđ dixisset mũdi cũ subiũgit tenebra
rũ harũ id ẽ hoĩm impiorũ. et in me nõ habet
quicq̃. q. neq; cũ pẽo deꝰ venerat. nec eiꝰ carnẽ
de pẽ ꝑagine virgo peperat. et tanq̃ ei dice
retur. Cur ergo morieris si nõ habes pẽm au
debet. mortis suppliciũ. subiũgit. Sed vt cognos
cat mũdꝰ q. diligo patrẽ. et sicut mandatũ de
dit m̃ pr̃. sic facio. surgite eamꝰ hinc. Discũbẽs
ei discũbentibꝰ loqbatur. Eamꝰ aũt dixit ad il
lũ locũ vnde fuerat tradendꝰ ad mortẽ. q. nullũ
habebat meritũ mortis sz̃ habebat vt morerer.
mandatũ pr̃is. ℣ Augꝰ cõtra arrianos. Qđ aũt
volũtati et precepto pr̃is obediens ẽ filiꝰ nec ho
mũbꝰ demõstrat diuersã imparẽq; naturã pr̃is
ꝓcipientis et filiꝰ obedientis. Hinc accedit q. xp̃s
nõ tm̃ deꝰ ẽ qua natura eq̃lis est pr̃i. sed etiam
homo qua natura minor ẽ pr̃e. ℣ Crisꝰ Vel hoc q.
dixit surgite eamꝰ hinc. principiũ est alteriꝰ sen
tencie. cõsequẽs eũ erat eos formidare et a
tpe et a loco in villa manifeste exsistẽtes. etenĩ
nox ꝓfunda erat. et erat cõsequẽs eos nõ atte
dere hijs q. dicebat. sz̃ semp circũuoluere oculos
et imaginari eos q. aggressuri sũt eos erant
et maxime audientes. Adhuc modicũ vobiscũ
sũ. et venit princeps mũdi huiꝰ. ℣ Quia igit hec
et huiõi audientes turbabant. vt mox capien
di dicit eos in locũ aliũ vt estimates se in cau
tela esse cũ ono de reliquo audiãt. ¶ Magna ei
dogmata erãt audituri. Capitulũ. xv.

EGo sũ vitis vera et pr̃ meꝰ agri
cola est. Oẽm palmitẽ in mẽ nõ
ferentẽ fructũ tollet eũ. et oẽm
qui fert fructũ purgabit eũ vt
fructũ plus afferat. Iam vos mũdi estis
ꝓpter sermonẽ quẽ locutus sũ vobis.

℣ Hila. ix de trinꝫ. Ad cõsummande corporee
passionis sacramentũ p̃ dilectionẽ efficiendi
mandati paterni festinat exurgens corporee
tũ assũptionis statum misterũ pandens per
quã ei tãq̃ in vite modo palmitis messem̃ ad
icerat. ego sũ vitis vera. ℣ Augꝰ Qđ sẽdm hoc
dicit q. ẽ caput ecclie nos q; mẽbra eiꝰ. homo
Xp̃s ihesus vnus quippe nature sũt vitis et pal
mites. Sed cũ dicit ego sũ vitis vera nũquid vt
adderet vera ad eã vitẽ retulit. vnde ista simi

litudo translata est. Dic aũt dixit vitis p̃ silꝫ
tudinẽ nõ p̃ ꝓprietatẽ sicut agnꝰ ouis. et reliq̃a
huiõi. vt magis ipsa sint vera ex q̃bꝰ ducant
iste silitudines. Sed dicendo ego sũ vitis vera
ab illa se discernit au dixit. Quo cõuersa es
in amaritudinẽ vitis aliene. Nã quo pacto ẽ
vitis vera q̃ expectata ẽ vt faceret vuã sicut
aũt spinas. ℣ Hila. ix de trinꝫ. Sed a corpe
huiꝰ humilitatis assũptione formã paterne
maiestatis alienas agricolã p̃cm curiosum
huiꝰ vitis ostendit dicens. Et pr̃ meꝰ agricola
est. ℣ Augꝰ Colimꝰ ei deũ. et colit nos deꝰ sed
sic deũ colimꝰ vt nõ meliorẽ eũ faciamꝰ. Colimꝰ
enĩ eũ adorando nõ arando. q. aũt ille nos
colit meliores nos reddit. Cultura ipsiꝰ ẽ in
nos. q. nõ cessat vbo suo exturpare mala semi
na de cordibꝰ nr̃is. aperire cor nr̃m tãq̃ ara
tro sermonis. plantare semina p̃ceptorꝝ. exper
tare fructũ pietatis. ℣ Crisꝰ Et q. xp̃s sibi suf
ficit. discipuli vero multo indigent agricole
auxilio. ꝓpterea de vite nichil dixit. sz̃ de palmi
tibꝰ eũ subdit. Oẽm palmitẽ in me nõ feren
tẽ fructũ tollet eũ. fructũ aũt huc vitã occulte
insinuat. ostendẽs q. sine opibꝰ nõ potest aliqs
ẽ in eo. ℣ Hila. ix de trinꝫ. Inutiles aũt et in
feraces palmites desecãs. deputabit arsuros.
℣ Crisꝰ Et q. etiã q̃ valde virtuosi sũt indigẽt
agricole ope. adiũgit. Et oẽm q̃ fert fructum
purgabit eũ vt fructũ plus afferat. Hoc dixit
ꝓpter tribulationes cor̃ q. tunc inducebant.
ostendens q. tẽptationes fornicores eos face
bant sicut et purgare hortẽ circũcidere palmi
tẽ eũ magis germinare faciũt. ℣ Augꝰ Quis aũt
ẽ in hac vita sic mũdꝰ vt nõ sit magis magisq;
mũdandꝰ. Vbi si dixerimꝰ q. pcm̃ nõ habemꝰ
nosmetipsos seducimꝰ. et veritas itaq; mundos
idem fructuosos. vt tãto sunt fructuosiores q̃n
to sũt mundiores. Sedm̃ ergo hoc vitis ẽ xp̃s
q. ait. Pat̃ maior me ẽ. sedm̃ illud aũt q. ait
ego et pr̃ vnũ sumꝰ et ipse agricola ẽ. Nec ta
lis q̃les sũt q. extrinsecꝰ opando exhibet mũste
riũ sz̃ talis vt det eiã intrinsecꝰ incrementũ. Vñ
cõtinuo eiã seipsũ mũdatorẽ palmitũ ostendit
dicẽs. Iã vos mũdi estis ꝓpter sermonẽ quẽ
locutꝰ sũ vobis. Ecce ipse mũdatorẽ palmitũ
qđ est agricole nõ vitis officiũ sz̃ quare nõ ait
mũdi estis ꝓpter baptismũ quo abluti estis nu
si qua et in aqua vbũ mũdat. Detrahe verbũ
et qđ est aqua nisi aqua. Accedit vbũ ad elemẽ
tũ et fit sacramentũ. vñ ista tanta vis aque
vt corpꝰ tangat et cor abluat. nisi faciente ver
bo nõ q. dicitur sz̃ q. creditur. Iã ꝑ in ipso verbo
aliud est sonꝰ transiens aliud vis manens.
Hoc verbũ fidei inde valet in ecclia dei vt per
ipsũ credentem offerentẽ benedicentẽ tingentẽ

mūdet infantē q̄uis credere nō valentē ✠ Cris
Vel dicit mundi estis ꝓpter sermonē quē locut⁹
sū vobis id est interū lumē doctrine iā susce
pistis et a iudaico errore eruti estis.
Manete in me et ego in vobis ✠ Sicut pal
mes nō potest ferre fructū a semetipso ni
si mānserit in vite sic nec vos nisi in me
mānseritis. Ego sū vitis vos palmites q̄
manet in me et ego in eo hic fert fructū
multū q̄ sine me nichil potestis facere.
Si q̄s in me non manserit mittet foras
sicut palmes et arescet et colligēt eum
et in ignē mittent et ardet ✠ Si mānseri
tis in me et verba mea in vobis mānserint
q̄d cūq̄ voluerit⁹ petetis et fiet vobis
✠ Cris Quia iā mūdos eos dixerat ꝓpter ser
monē quē locut⁹ fuerat eis docet q̄ de reliquo
mapere ea q̄ ab eis sūt et ideo dicit manete in
me et ego in vob ✠ Aug⁹ Nō eo modo illi in ipo
sicut ipse in illis. vtrūq̄ enī ꝓdest nō ipsi sz illis
ita sūt quippe in vite palmites vt viti nō con
ferāt, sed inde accipiāt vnde viuāt. Ita vero vi
tis est in palmitib⁹ vt vitale alimentū submi
nistret eis nō sumet ab eis. Ac ꝓ hoc vt ma
nentē in se haberēt xpm et manerent in ipo
discipulis ꝓdest vtrūq̄ nō xpō. vñ subdit ✠ Nec
palmes non pōt ferre fructū a semetipō nisi
mānserit in vite sic nec vos nisi in me mānseritis
Magna grē cōmendatio ozda īstruit humilitū
oza obstruit superbiū Nōne hinc resistūt veri
tati ad bona opa facienda deū sibi necessariū
nō putātes non assertores sz precipitatores li
beri arbitrij Qui enī a semetipso se fructū
estimet ferre in vite nō est. Qui in vite nō est
in xpō nō est q̄ in xpō non est xpian⁹ nō est.
✠ Michi. Omnis enī fruct⁹ boni opis ab illa
radice predit q̄ nos sua grā liberauit et suo
auxilio ꝓuehit vt fructū pl⁹ afferre valeam⁹
Vñ cū repetitione et ~~repetitione~~ supozū ex
planatione subdit. Ego sū vitis et vos pal
mites. Qui manet in me credendo obediendo
pseuerādo et ego in eo illūinando subueniē
do pseuerantiā donando hic et nō ali⁹ fert
fructū multū ✠ Aug⁹ Sed ne q̄s q̄ putaret
saltē parū aliquē fructū posse a semetip
so palmitē ferre subdit. Quia sine me nī
hil potestis facē. nō ait parū potestis facē
q̄ nisi palmes in vite mānserit et vixerit de
radice q̄ tūlibz fructū a semetipso nō potest
ferre. Quis aūt xps vitis nō esset nisi ihō
esset tū istū grūm palmitib⁹ non ꝓberet n
ecnā de⁹ esset ✠ Cris Vide q̄ filiū nō mūg
pē conferente ad discipulozū procuratiōnē
Nā pē quidē purgat ipse vero in se tenet
q̄ fiant palmites fructificare sed tū et pur
gare filij mōstratū est ee et manere in radice
est ꝓpter qui radicē genuit ut magnū q̄dē
dāpnū est nichil posse facere Verū nō vsq̄
ad hoc sistit sz vlteri⁹ ꝓdunt sermonē dicēs
Si quis in me nō manserit mittet foras
sicut palmes id ē agricole nō pociet ma
nu et arescet hoc est si q̄d habebat a ra
dice amittet denudat⁹ eis auxilio et vi
ta et colligent eū ✠ Aug⁹ Ignis aeternus
celi et in ignē eternū sz mittent et ardet
✠ Aug⁹ Lingua ei⁹ vitis tanto sūt con
tēptibiliora si in vite nō mānserint quāto
gloriosiora si mānserint vnū ex duob⁹ pal
miti cōgruit aut vitis aut ignis si in vite
nō est in igne erit ✠ Cris Deinde ostendēs
q̄d ē manere in eo subdit Si mānseritis in me
et verba mea in vobis mānserint q̄d cūq̄ volue
ritis petetis et fiet vob. Ea enī que ꝓpa ostēn
sione querit ✠ Aug⁹ Tūc enī sunt dicenda vba
ei⁹ in nob manere q̄n facim⁹ q̄ precepit et dili
gim⁹ q̄ promisit. Q̄n aūt verba ei⁹ manent
in memoria nec inueniunt in vita nō compu
tat palmes in vite q̄ vitū attrahit nō ex ra
dice. Quid aūt velle possunt manēdo in sal
uatore nisi q̄d nō alienū est a salute ✠ Aliud q̄p
pe volum⁹ q̄ sum⁹ in xpō et aliud volum⁹ q̄
sum⁹ adhuc in hoc fallaci seculo. De mānsione hui⁹
fidei nob aliq̄n subtrahit vt hoc petam⁹ q̄d nob
nō expediret nescim⁹ Sed absit vt faciat nob
si maneam⁹ in xpō q̄ nō facit q̄n petim⁹ nisi
q̄d expedit nobis. Sed vba aūt ei⁹ ptinet ozō p
nr ab huius ozōnis vbis et sensib⁹ nō recedam⁹
Et petitionib⁹ nris et quicūq̄ petim⁹ fiet nobis
In hoc clarificatus est pater me⁹ vt plurimū fructū afferatis et efficiamini mei
discipuli. sicut dilexit me pr̄ et ego di
lexi vos. Manete in dilectione mea Si
precepta mea seruaueritis manebitis in
dilectione mea. Sicut et ego precepta pris
mei seruaui et manco in eius dilectio
ne. Haec locutus sū vob vt gaudiū meū
sit in vobis et gaudiū vestrū impleat.
✠ Cris Ostendit sup̄ dns q̄m qui eis insidia
bant ardebāt nō manentes in xpō Deinde
ostendens q̄m ipsi inexpugnabiles erūt ita
sz vt multū fructificēt ait In hoc clarifica
tus ē pr̄ me⁹ vt plurimū fructū afferatis q̄s
dicēt Si ad gloriā pris ptinet q̄ vos fructi
ficetis nō contēnet gloriā suā q̄ aūt fructū
faciille est discipulus xpi. vnde subdit Et ef
ficiamini mei discipuli ✠ Theo. Fruct⁹ aūt ꝺ a
postolorū sunt gentes que ꝓ doctrinā eorū
astrictē sunt fidei nec nō ad dei redacte sūt
gloriā ✠ Aug⁹ Hinc enī clarificat⁹ sue glo

rificat⁹ dicat⁹ ex vno vbo greco vtrūq; trāsla
tū est. doxa q̄ grece dicit̄ latine gloria ē
qđ ideo cōmemorandū putaui. ne hīc nīe glē
tribuam⁹ tanq̄ ex nobis ipsis habeam⁹. cui⁹ ē
ei hoc grā. Et ideo in hoc nō nīa sz ei⁹ ē glā
a quo eū faciem⁹ fructū nisi ab illo au⁹ mūa
puenit nos. vñ subdit. Sicut dilexit me
pr̄ et ego dilexi vos. Ecce vñ sūt nob⁹ opa
bona. nā vnde nob⁹ essent nisi q̄ fides p di
lectionē operat. vñ aūt diligerem⁹ nisi pri⁹
diligeremur. Qđ aūt aut sicut dilexit me
pr̄ et ego dilexi vos. nō equalitatē nature ostē
dit nīe et suę. sicut ē pr̄is ipsi⁹ sz grāz quame
diatorē dei et hoim homo xp̄s ihesus. i. hedia
torq̄ quippe mōstratur cū dixit. pr̄ dilexit me
et ego vos. nā pr̄ vtrūq; diligit et nos sed in
xp̄o. Chrisi. Dixit. pater amat nos cōsidite
si pr̄is est. glā fructificate. Deinde vt non
pigros eos faciat. subdit. manete i dilecti
one mea. Qualiter aūt hoc erit ostendit
subdens. si p̄cepta mea seruaueritis mane
bitis in dilectione mea. Aug⁹. Quis am
bigat. q̄ dilectio p̄mereat obseruantiā p̄cepto
rū. vñ cui⁹ p̄cepta seruet nō habet. q̄ non
diligit. Qđ q̄ hoc aut ostendit nō vnde di
lectio generet̄. sz vñ monstret. vt nemo se
fallat dicēdo q̄ eū diligat si ei⁹ p̄cepta non
seruat. q̄uis n. q̄ dicat. Manete in dilectione
mea nō appareat quā dixerit dilectionē. vtrū
qua eū diligim⁹ an qua ipse nos diligit sz ex ver
bo supiori diuinat⁹. Dixerat quippe ego dilexi
vos. et cōtinuo subiecit. Manete in dilectione
mea. illa q̄ qua dilexit eos. Quid ē ergo ma
nete in dilectione mea. nisi manete in grā mea
Et qđ ē si p̄cepta mea seruaueritis manebitis
i dilectione mea. qua vos diligo. nisi hoc sciens
q̄ in dilectiōe mea qua vos diligo manetis. si
mea p̄cepta seruatis. Nō ergo vt nos diligat
pr̄ius p̄cepta ei⁹ seruam⁹ sz nisi nos diligat
p̄cepta ei⁹ seruare nō possum⁹. hec ē gracia
q̄ hūilib⁹ patet. superbos latet. Sed qđ illud ē
qđ adiūgit. sicut et ego p̄cepta pr̄is mei ser
uaui. et maneo in dilectiōe ei⁹. vtiq; eā hic di
lectionē pr̄is intelligi voluit qua eū diligit
pr̄. Sed nūqđ et hec grā intelligenda ē. qua pr̄
diligit filiū. sicut grā est. qua nos diligit filiꝰ
nī sim⁹. nos filiꝰ. grā non natura. vnigenit⁹
aūt natura nō gracia. Sin hoc enā in ipso filio
ad hoīez referendū est. ita sane. nā dicendo si
cut dilexit me pr̄ et ego dilexi vos. grāz medi
atorīs ostendit. Mediator aūt dei et hoim
nō inq̄ntū deꝰ sz inq̄ntū homo ē xp̄s. Igit̄ hoc
recte possum⁹ dicere q̄ nī ad naturā dei nō
ptineat humana natura ad p̄sonā tī filiꝰ dei
per grām ptinet. qua nulla est maior. nulla
prorsus equalis. Neq; enī illā susceptionē vlla
hoīs merita p̄meruerūt. sz ab illa susceptiōe me
rita eiꝰ cūcta ceperūt. Aug⁹. Que aūt p̄cepta
dixerit exponit apls dicēs. Factꝰ est obedi
ens p̄ri vsq; ad mortē. mortem aūt crucis. Chrisi.
Deinde q̄ futura passio et tristia vba interrup
tum erāt eorū leticiā subūgit. Hec locutꝰ sū
vob⁹ vt gaudiū meū in vob⁹ sit. et gaudiū vr̄m
impleatur. Quasi diceret. et si inuidat tristicia
hanc auferā vt ad finē veniat gaudiū. Aug⁹.
Qđ est aūt gaudiū xp̄i in nobis. nisi q̄ dign
at⁹ gaudere de nobis. Et qđ est gaudiū nr̄m
qđ dixit implendū nisi ei⁹ habere cōsortiū.
Gaudiū aūt iam ipse p̄fectū de nobis habe
bat. q̄ nos p̄sciendo et p̄destinādo gaudebat
sz illud gaudiū in nobis nō erat. q̄ nec nos
in quibus ē posset eram⁹. Cepit aūt ē in
nobis q̄n vocauit nos. Et hoc gaudiū nr̄m
merito dicim⁹ quo nos beati futuri sum⁹. qđ
inchoat⁹ in fide renascentiū. implebit⁹ in pre
miō resurgentiū.

Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicem
sicut dilexi vos. maiorē hac dilectionē
nemo habet. q̄ vt aiam suā ponat quis
pro amicis suis. Vos amici mei estis si fece
ritis que p̄cipio vobis. Jā nō dicā vos seruos
q̄ seruꝰ nescit qđ faciat dns ei⁹. Vos aut̄
dixi amicos. q̄ oīa q̄cūq; audiui a pr̄e me
o nota fec vobis. Nō vos me elegistis sed
ego elegi vos. et posui vos vt eatis et fruc
tū afferatis. et fructꝰ vester maneat. Et qđ
cūq; petieritis pr̄em in nōie meo det vobis.
Theo. Quia p̄dixerat. q̄ si mādata mea cus
todieritis hūc in me p̄manebitis. hic ostendit
q̄ mādata obseruare oporteat dicens. Hoc ē
p̄ceptū meū vt diligatis inuicem. Crisi. ergo. u
one. Cū aūt cūcta sacra eloquia diuitus sint
plena p̄ceptis. qđ ē q̄ de dilectiōe q̄si de speciali
mādato hic dixit. nisi q̄ oīe mādatū de sola
dilectione ē. et oīa p̄ceptū vnū sunt. q̄ q̄cq̄d
p̄cipit⁹ in sola caritate solidat⁹. Vt enī multi ar
boris rami ex vna radice prodeunt. sic multe
vtutes ex vna caritate generāt⁹. nec habz ali
quid viriditatis ramus boni op⁹ si nō manet
in radice caritatis. Aug⁹. Vbi ergo caritas
ē. qđ est qđ possit deesse. vbi aūt non ē. qđ est
qđ possit p̄desse. Discernit⁹ aūt ista dilectio ab
ea qua se inuicē diligūt hoīes sicut hoīes. vnde
aduictū est. Sicut dilexi vos. vt qđ eū nos di
lexerit xp̄s nisi vt possim⁹ regnare cū xp̄o. Adh̄
ergo et nos inuicē diligam⁹ vt dilectionē nr̄az
discernam⁹ a ceteris qui nō ad hoc se inuicē di
ligūt vt deꝰ diligat⁹. q̄ nec vere diligūt. Qui
autē se ꝓpter habendū deū diligūt ipm se dili

p̄cepta ꝑ diuīa et multa sūt
et diuīsitatē operis et vnū in
radice caritatis

gūt ¶ Grecꝰ Una aūt et sūma est pbatio caritatis si et ipse dilig[a]t qui ad[mo]nitur ¶ Nā et ipsa veritas et crucis patibulū sustinet et tm̄ ipsis suis psecutorib⁹ affectū dilectiōis impendit dicens ¶ Pater ignoste illis q̄ nesciūt quid faciūt cuiꝰ dilectionis sūmā exp̄mit cū subiūgit. ¶ Ma iorē hac dilectionē nemo habet q̄ vt aiaz suā ponat q̄s pro amicis suis. Mori p̄ inimicis dominꝰ venerat et tm̄ posituꝝ se animā p amicis dicebat vt nobis ostenderet q̄ cū dilectōe dolorū facere de inimicis possumꝰ cuꝝ ipsi amici sunt q̄ p̄sequūt. ¶ Augꝰ Quia q̄ supꝰ dixerat hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. fit ex hoc cōsequēs qđ idem iohes in epla sua dicat vt quēadmodū xp̄us p nobis aiaz suā posuit. sic et nos debemꝰ aiās p fribꝰ ponere. hoc martires ardenti dilectione fecerūt. ideo ad mensā xp̄i non sic eos cōmemoramꝰ quēadmodū alios vt etiā p eis oremꝰ sz magis vt eoꝝ vestigijs herea mꝰ Talia enī suis fribꝰ exhibuerunt q̄lia de domini mēsa pariter acceperūt ¶ Grego. Qui vero trāquillitatis tpe nō dat p eo tuitiōā suā q̄liter in psecutione dabitꝰ est aiām suā. virtꝰ ergo caritatis vt iuncta sit in pturbatione. nutriat p mitiaz in trāquillitate. ¶ Augꝰ vij de tri. Ex vna aūt eademq; caritate deū p̄ximūq; diligimꝰ sz deū ꝓpter deū. nos aūt ꝓximū ꝓpter deū. Cū ergo duo sūt p̄cepta caritatis in quibꝰ tota lex pendet et pphete. dilectio dei et ꝓximi non inmerito pleriq; scriptura p vtroq; vnū ponit. q. q̄ diligit deum cōsequens ē vt faciat q̄ p̄cepit deus. Consequēs q̄ ē vt ꝓximū diligat q. et hoc p̄cepit deꝰ Unde et hic sequit. vos amici mei estis si fecerit⁹ q̄ p̄ceꝑo vobis.

¶ Greg. xxvij moza. Amicꝰ quippe q̄si aīe custos dicit. Un̄ non inmerito q̄ voluntatē dei custodit in p̄ceptis illiꝰ dicit. eiꝰ amicꝰ vocat. ¶ Augustꝰ. Magna dignatio cū seruꝰ bonꝰ ee non possit si p̄cepta dñi sui nō fecerit hinc amicos suos voluit intelligi. un̄ boni serui possint ꝓbari potest igit. ee et seruꝰ et amicus qui seruꝰ ē bonꝰ. Quō aūt intellecturi sumꝰ et seruū et amicū esse seruū bonū. declarat cū subdit. iā non dicā vos seruos q. seruꝰ nesciat q̄d faciat dñs eiꝰ. itaq; tūc seruꝰ non erumꝰ q̄n bonꝰ seruꝰ fuerimꝰ ¶ Q̄ q̄d seruo bono et ꝓbato dñs eiꝰ nō enā sua secreta cōmittit sed sicut sunt duo timores sic sunt due seruitutes. est timor q̄ p̄fecta caritas mittit foras in q̄ enā est seruitus simul foras cū ipso timore mittenda. Est et aliꝰ timor castus p̄manēs in scl̄m sdi. Ad p̄mā q̄ seruitutē seruos ꝓtinētes intuebat dñs dicens. iā non dicā vos seruos q. seruꝰ nesciat q̄d faciat dñs eiꝰ ¶ Nō ille vtiq; seruus ad timorem ꝓtinens castū. cui dicit. euge serue bone ne intra in gaudiū dñi tui. Sed ille seruꝰ pertinens ad timorē foras a caritate mittendū de q̄ alibi dicit. seruꝰ nō manet in domo in eternū filiꝰ aūt manet in eternū. Q̄m itaq; dedit nob potestatē filios dei fieri vt nuro modo seruo nō serui esse possimꝰ hoc dñm facere scimꝰ hoc seruus ee ille nesciat. qui nesciat q̄d faciat dñs eiꝰ et cū aliquid boni facit sic extollit. q̄si hoc ipse faciat et nō dñs eiꝰ et in se et nō in dño gloriatur. Sequit. vos aūt dixi amicos. q. ōnia que audiui a p̄re meo nota feci vobis ¶ Theophilꝰ quasi dicat. seruꝰ nō nouit cōsilia sui dñi. vos aūt ut amicos reputē secreta mea vobis cōmunicaui. ¶ Augꝰ Quo aūt pacto intellectum sumꝰ oīa ei nota fecisse discipulis q̄ audiuit a p̄re cum ꝓpterea multa nō dicat eis q̄ sit eos modo portare nō posse sed ōnia se nota fecisse discipulis dicat q̄ se nouit nota ee facturū in illa plenitudine de qua dicit aplus. Cui cognoscā sicut et cognitꝰ sū. sicut enī inmortalitatē carnis et salutē aiarū futurarū expectamꝰ ita oēm notiā q̄cuiq; vnigenitꝰ audiuit a p̄re futuram expectare debemꝰ ¶ Grego. Vel ōnia q̄ audiuit a p̄re que nota fieri voluit seruis suis sunt gaudia interne caritatis et festa supne patrie q̄ nris cotidie mētibꝰ p aspiratione sua morsus inprimit. dū enī audita supna celestia amamꝰ amata iā nouimꝰ q. amor ipsa notitia est. Omnia q̄ nota eis fecerat. q. a terrenis desiderijs inmutati. amoris sūmi flabꝰ ardebāt ¶ Crisꝰ Vel ōnia dixit q̄cuiq; eos audire optebat Per hoc aūt q̄ dicit se audisse. ostendit q̄ nichil alienū loquit. sed q̄ ꝓpris ¶ Grego. Sed q̄squis ad hāc puenit dignitatē vt amicꝰ dei vocet. dona que papit sup se nō suis meritis tribuat vī subdit. Nō vos me elegistis sz ego elegi vos. ¶ Augꝰ Iste ē ineffabilis grā. q̄d enī eramꝰ q̄n xp̄m nondū elegeramꝰ. nisi iniqui et ꝓditi. nec enī credideramꝰ in eū vt eligeret nos. nā si credentes elegit. eligentes elegit. Sic certe vanat vana illoꝝ nō. qui ideo nos dicunt electos ātemūdi cōstitutionē. q. ꝓscruit nos deꝰ futuros bonos nō seipsū nos facturū bonos. q̄n si ꝓptea nos elegisset q. bonos futuros ee p̄scierat simul enā p̄sciisset q. eī nos fuissemꝰ ꝓius electuri. nō enī aliter possumꝰ esse boni nisi forte dicendꝰ ē bonꝰ q̄ nō eligit bonū. Quid ergo elegit in nō bonis. nō est vt dicas ideo electꝰ sū q. iā credebā si enī credebas in eū iā elegeras eū ¶ Nec ē vt dicas aliq; credere iā bona opabar ideo electꝰ sū Quid enī est boni op̄is ātē fidem Quid q̄ dicturi sumꝰ nisi q. mali eramꝰ et electi sumꝰ vt boni p gr̄am nos eligentis essemꝰ ¶ Augꝰ de p̄dest. sc̄oꝝ. Electi sunt itaq; ante mūdi cōstitutionē ea p̄destinatione in qua deꝰ

sua futura facta pscruit. Electi aūt de mūdo ea
vocatione qua deꝰ id qđ pdestinauit ipleuit qs
eūm predestinauit hos et vocauit ℣ Augꝰ sup io
hāem. Et videte quēadmodū nō eligat bonos sed
qs elegit sanat bonos nā sequit. Et posui vos ut
eatis et fructū afferatis. Iste est fructꝰ de quo iam
dixerat sine me nichil potestis facere. ipe est
via in qua nos posuit vt eamꝰ ℣ Ezech. i omelia
Posui ergo vos in de ad gratiā plantauit vt eatis volēdo
qđ velle iam mente ire est et fructū afferatis opan
do. Quale vero fructū afferre debeant et fructꝰ
vē maneat. Omne enī qđ sedm pns sclm laboza
nꝰ vite usq ad mortē suffert. a mortis nāq inter
ueniens fructū suū laborīs absindit. Qđ vero
pe eterna vita agit. ena post mortē seruatur
et tūc apparere incipit cū laborū carnaliū fructꝰ
cepit non videri. Tales gđ fructꝰ optemur q ma
neant q cū mors cūcta interimat ipsi exoꝛdi
um a morte sumāt ℣ Augꝰ Dilectio gđ ē fruc
tus nr que nunc est in desiderio nondū in sa
turitate. et ipso desiderio qđcūqz pceperim⁹ in
nōie ihu vnigeti filij dat nobis pater vn sequtur
Et qđcūqz pceperitis in nōie meo patrē det vob
hoc petimꝰ in nōie saluatoris qđ pūnet ad mano
nem salutis.

Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Si
mūdus vos odit scitote qm me priorē vobis
odio habuit. Si de mūdo fuisset mūdus
qđ suū erat diligeret. Quia vero de mū
do nō estis sed ego elegi vos de mūdo pp
rea odit vos mundꝰ ℣ Hieme tote sermonis
mei quē ego dixi vobis nō est seruꝰ maior
dño suo. Si me pscuti sunt et vos psequē
tur. Si sermonem meū seruauerunt et
vrm seruabūt. Sed hec oīa facient vobis
pp nomē meū qm nesciūt eū q misit me.

℣ Augꝰ Dixerat dns posui vos vt eatis et fruc
tū afferatis. Caritas aūt fructꝰ est. de hoc ita
qꝫ fructu mādans nobis dicat. Hec mādo vob vt
diligatis inuicem vn et apls. Fructꝰ ingt spūs
caritas. ac deinde cetera tāqꝫ ex isto capite eroz
ta et relegata cōterunt. Merito itaqꝫ sic dilecti
onē sepe cōmendat tanqꝫ sola pacienda sit
sine qua nō possūt pdesse cetera bona et que
nō potest haberi sine ceteris bonis qb⁹ homo
effit bonꝰ ℣ Crisꝰ Vel aliter cōtinua. Dixi qm
aiam meā p vobis pono. et qr primū vos elegi
hec aūt oīa nō exprobrās dixi. sed ad dilectionē
vos inducēs vt diligatis inuicem. Deinde qr pse
cutionē pati et a multis exprobrari difficile
erat. Ostendit cōsequēter q nō dolere sed letari
optet. vn sequit. Si mūdus vos odit scitote qm me
priorē vob odio habuit. qsi di. suo hoc ē durū sed
pter me patiemū ℣ Augꝰ Cur ei se mēbra sup
vertunt extollūt. renisas esse in corpe si nō vis

mūdi odiū sustinere corpe pro dilectione autē
patienter debem⁹ ena mūdi odiū sustinere. Ne
cesse ē enī vt nos odert qs cernut nolle qđ dili
git vn sequit. Si de mūdo fuissetis mūdꝰ qđ suū
erat diligeret. ℣ Crisꝰ Quia enī pter xpm pa
ti nondū erat eis suffinens mitigationis cau
sa. illa causa dimissa hāt adient. ostendēs q
hoc ē vtutis augmentū a mūdo odio haberi.
Vn dolere opteret si a mūdo diligerem⁹. hoc ei
est malicie vīe ostensiuū ℣ Augꝰ Vnuūse aūt
hoc dicit ecclie qđ plurimū mūdi nōie appel
lat sic est illud. descendit in xpo mūdū reconciliās
sibi. Totꝰ gđ mūdꝰ ecclia est. et totꝰ mūdꝰ odit er
desiā. Mundꝰ igit odit mundū inimicꝰ reconcilia
tū inīmatꝰ mundatū. Queri gđ potest si ena
mali sanāt pssecutione malis sunt impij reges et
iudices cū essent pssecutores prioꝝ vtiqꝫ et homi
cidas et adulteros puniebāt. quo intelligendū
ē qđ dns ait. Si de mūdo essetis mūdꝰ qđ suū
est diligeret nisi qr mūdꝰ ē in eis a qb⁹ talia scele
ra puniūt et mūdꝰ ē in eis qb⁹ diligūt. Mūdꝰ
gđ odit qđ suū est ex ea pte hoīm qua sceleratis
nocet et diligit qđ suum ē ex ea pte q ipsis sa
nct. Si ena querat quo se diligat mūdꝰ q odit
mūdū redemptor oīs diligit vtiqꝫ falsa dilectiōe
nō vera qm q ei nocet hoc diligit. odit naturā
diligit vitiū vn et nos phibem⁹ diligere in illo
qđ ipse diligit et iubemur diligere qđ ipse odit
in seipso vitiū quippe in illo diligere phibemur
iubemurqꝫ natura. Ut aūt de hoc mūdo dāp
nato nō essent electi sūt inde nō meritis suis qꝫ
nulla bona pcesserāt opa nō natura q tota fu
erat in ipsa radice vitiata sꝫ gra vn sequtur. Quia
vero de mūdo nō estis sꝫ ego elegi vos de mūdo
pterea odit vos mūdꝰ ℣ Ozeꝝ sup ezechielē omel.
nona. Na primozū derogatio vite nre approbatio
est qr ena ostendit nos aliquid iustitie habere si illi
displicē in quibus q nō placent deo. Nemo ei potest
in vna eademqꝫ re oipotenti deo atq ei hostibus
gratꝰ existere. Na se deo amicū denegat q eius
placet inimico et ūmicus veritatis adiūsabit q
eidem veritati in mēte subiugabit ℣ Augꝰ Exhor
tans aūt dns suos seruos ad mūdi odia pferen
da patienter. nullū eis maius et melioꝝ qđ de ipso
ipse ponit exemplū vn sequit. Hieme tote sermonis
mei quē ego dixi vob. Nō est seruꝰ maior dño suo.
Si me pscuti sunt et vos psequēt. si sermonē
meū seruauerūt et vrm seruabūt ℣ Glosa idem
obseruauerūt vt calūniarent. iuxta illud. ob
seruabit pedes iustū ℣ Theophi. vel aliter. Si dns
ingt pscuti sūt vos ena seruos multomagis
si nō pscuti fuissent sꝫ sermonē custodiuissent
vrm ena custodiret ℣ Crisꝰ qsi di. Nō vos turba
ri optet si cōtrahitis meis passionibꝰ qr vos nō
estis me potiores. ℣ Augꝰ. Hec aūt vbi dicit. nō

est seruꝰ maior dño suo illũ sigᷣificat seruũ pᵗinentẽ ad timorẽ castũ. ihs qui ꝑmanet in sclm
scli. Crisꝰ deinde et aliã mitigationẽ ponit qm
et ꝑr cũ eis cõtumeliã patit. cui iniuriat. vñ sequt.
Sed hec oĩa facient vobis ꝓpt nomẽ meũ. Augꝰ
Que oĩa nisi q̃ dixit odio habebũt et psequẽtur
sermonẽq; contẽpnent. Quid ẽ aũt aliud dicere
ꝓpter nomẽ meũ q̃ me in vobis odio habebũt. me
in vob̃ psequẽt. et sermonẽ vrm qꝫ meus ẽ ideo
nõ seruabũt. Tanto igit miseriores q̃ ꝓpter hoc
nomẽ ista faciũt. quãto beatiores q̃ ꝓpter hoc no
mẽ ista patiũt. facũt aũt et ista mali malis
sz vtriq; miseri et q̃ faciũt et q̃ patiũt. Quo aũt
hoc erit verũ. hec oĩa facient ꝓpter nomẽ meũ
cũ illi nõ ꝓpter nomẽ xpi faciant. hoc ẽ ꝓpter iusti
ciã sed ꝓpter iniq̃tatẽ suã. Hec q̃stio ita solui tur
si totũ referat ad iustos tamq̃ dictũ sit. hec oĩa
patiemũ ab eis ꝓpter nomẽ meũ. Si aũt ꝓpter
nomẽ meũ sic accipit. id ẽ qd in vobis oderũt
et ꝓpter iusticiã quã in vobis oderũt. simulat recte
dica possunt et boni cũ ꝑsecutiõẽ faciũt malis
et ꝓpter iusticiã facẽ quã diligẽdo assequũtur
malos et ꝓpter iniq̃tatẽ quã oderũt in ipsis ma
lis. Qd aũt addidit qꝫ nesciũt eũ q̃ misit me. sed
eã sciẽciã dictũ est qua dicat. scire te sensus est
cõsummatus.

Si nõ veniissem et locutus eis nõ fuissem
pcm nõ haberẽt. Nũc aũt excusationẽ nõ
habẽt de pcõ suo. Qui me odit et patrem
meũ odit. Si opa nõ fecissẽ in eis q̃ nemo a
lius fecit pcm nõ haberẽt. Nũc aũt et vi
derũt et oderũt me et patrem meũ. Sed ut
ꝑleat sermo q̃ in lege scriptꝰ ẽ. qꝫ odio
habuerũt me gratis.

Crisꝰ ponit iterũ dñs aliã discipulor mitigatiõẽ ostendẽs qm iniuste et in ipsũ et in discipu
los talia opabunt. vñ dicat. Si nõ venissem et
locutꝰ eis non fuissem pcm nõ haberẽt. Augꝰ
Judeis locutꝰ ẽ xps nõ aliis gentib̃. In eis q̃ vo
luit ĩtelligi mũdũ q̃ odit xpm et discipulos eius.
ymo vero nõ in eis solis. sz nos quoq; ad eundem
mundũ ꝑtinere mõstrauit. Nũq̃d ergo sine pcõ
erãt iudei q̃b̃ xps locutꝰ est. aũq; xps in carne
veniisset. Sed magnũ qd dã pcm non õne pcm
sub generali nõie vult intelligi. hoc ẽ eni pcm
quo tenent cuncta pcta. qd vniuscuiusq; si nõ habeat
dimittit ei cuncta pcta. Hoc aũt est qꝫ nõ credi de
rũt in xpm q̃ ꝓterea venit vt credat in eũ. hoc
q̃ pcm si nõ venisset nõ vtiq; haberẽt. Adductꝰ
eni ei q̃ntũ credentib̃ salutaris tm nõ credenti
bꝰ exitialis factꝰ ẽ sequt. Nũc aũt excusatio
nẽ nõ habẽt de pcõ suo. scitur hic dictũ est ꝓterea
istos nõ habere. qꝫ venit et locutꝰ ẽ eis si autẽ
habẽt vtrũ ad hoc habẽt vt a penis alienent.
et minus puniant. Ad hec ĩquisita vndeo eos

si at hij ad qs nõ venit xps nec locutꝰ ẽ eis excusationẽ nõ habe
rẽt de pcõ suo

hẽ excusationẽ nõ de õni pcõ suo. sz de hoc pcõ
suo q̃ in xpm nõ crediderũt. Sed non in eo sunt
numero ad qs ꝑ discipulos venit nõ sunt ei in pe
na leuiori ponendi. qui oĩno legẽ xpi acceperẽ no
luerũt. et eã q̃ntũ ad ipsos attinet. oĩno nullã
ee volũerũt. Hac ena excusationẽ possũt habe
q̃ ꝑ viuꝰ euãgeliũ xpi audiuerũt vite hui⁹ fine p
uenti sunt. sz nõ ideo possunt effugere dãpna
tionẽ. Quicũq; ei hoiesnisi in eo saluatore sal
uent. q̃ venit querere qd perierat. ad pdictionẽ
sine dubio ꝑtinebũt. q̃uis dia possit. alios leui
ores alios grauiores penas passuros. Ille eni
vere deo diat. qui ab illa beatitudine quã dat
sctis suis p supplicii sepat. Tanta ẽ diuersitas aũt
supplitiorũ q̃nta est diuersitas pcorũ que quo
se habeat alacris iudicat sapia diuina q̃ rotet
tura scrutat. aut effat. humana. Crisꝰ. Quia veo
hinc inde causabãt. q̃m ꝓpter patrẽ eũ ꝑsequẽbãt.
destruẽs eor excusationes dicat. Qui me odit et
ꝑrem meũ odit. Augꝰ. Dicat eni q̃ diligit filiũ diligit et ꝑrem. q̃ vna est dilectio ꝑris et filij
sicut vna natura. ita et qui odit filiũ odit ꝑrem.
Augꝰ. Sed cũ supiꝰ dixerit. ne sciãt eũ qui
me misit. quo possunt odisse quẽ nesciũt. Si
ei deũ nõ qd est ipse sz nescio q̃d aliud cũ suspi et hoc oderũt
cãt. aut credunt. nõ vtiq; ipsũ oderũt. Et de hoc
bꝰ quidẽ fieri potest. vt eos sepe quos nũq; vidi
mus oderimꝰ vel diligamꝰ fama de aliquo sermo
nãte vel bene vel male. Sed quo de q̃ natura
nob̃ intimat. dicendꝰ est ignotꝰ. Non eni ei⁹ face
re palã nob̃ intimat. sz tũc nobis ad cognitionẽ
patet. q̃nto ei⁹ mores et vita nõ latent. alioq̃n
nec seipm nosse q̃sq; ꝑt q̃ videre facẽ suã non
potest. sz pleriq; in eis nra credulitas fallit. q̃
nõnũq; et hystoria et multo magis fama mentit.
Pertinet aũt ad nos vt q̃ nõ possumꝰ hoĩm in
dagare cõsciẽciã de ipis rebus habeamꝰ veracẽ
certãq; sententiã. Qñ q̃ nõ erratur in reb⁹ vt rec
ta sit improbatio viciorũ. virtutũq; approbatio.
si erratur in hoĩb⁹ venialis ẽ humana tẽptatio. p
inde sicut fieri ꝑt vt homo bonus hoiez bonũ ode
rit. nesciens nõ ipsũ sz q̃d putat ee ipsũ vel po
ius diligat nesciens eũ bonũ diligit. q̃d est ille
ita fieri potest vt ho iustus hoiez oderit iustũ
et tñ dũ eũ credit iniustũ diligat. nõ ipsũ sz q̃d
putat ee ipsũ. quẽadmodũ aũt hoies sic et deũ
Deinde si iterrogarẽt iudei vtrũ diligerẽt deũ
se diligere responderẽt nõ ex alio mentes sz
errãdo pcꝰ opinates. Quo eũ diligerẽt ꝑrem
veritatis q̃ habent odio veritatẽ. Nolũt ei sua
facta dãnari et hoc habet veritas. Tm igit oderũt veritatẽ q̃ntũ oderũt suas penas. q̃s talib⁹
irrogat. Nescũt aũt illã esse veritatẽ q̃ tales
q̃les ipsi sũt dãpnant. Ac ꝑ hoc qꝫ veritate qua
iudicante dãpnant. de patre deo natũ nesciũt

ecā ipsū et nesaūt et oderūt ℣ Crisᵹ Dic igitur
nō habent ꝯquit excusacōēz ꝓ hoc q eā qa sermo
nibᵹ doctrinā tribuebā sz et eam q ab qbᵹ audieri
sedm moysi legē qui ab eo q hoc fiant ꝓsuaderi v
nuersos iussit cū ad pietatē dumt et miracula
tribuat vñ subdit Si opa nō fecissem ī eis q ne
mo aliᵹ fec. pcām nō haberēt ℣ Augᵹ Hoc sz pām
qd in eū loquētē et opantē nō crediderūt ꝯz qd
est qd addidit q nemo aliᵹ fecit nulla ꝙppe ī opi
bᵹ xpi videnᵗ esse maiora q suscitatio mortuoꝝ
qd scimᵹ ecā antiqs fecisse pphetas fecit tñ ali
qua xps q nemo aliᵹ fecit sz respōdet. nob et ali
os fecisse quer ipse nec aliᵹ fecit Sed q tā mul
ta vica et malas valitudines veracones q mor
taliū tāta potestate sanaret nullᵹ ōino legit ut
ātiquoꝝ. Vt ei taceat. q iubendo sicut occurre
bāt saluos singulos fecit Marcᵹ dicit q q̄cūq
ītroibat in vicos vel ī villas aut in ciuitates in
plateis ponebāt infirmos et deprecabāt eū vt vl
fimbriā vestimēti eiᵹ tāgeret et q q̄t tāgebāt
eū salui fiebāt hec nemo aliᵹ fecit in eis Dic ei
ītelligendū est qd aut in eis nō inter eos vel coꝝā
eis sz prorsus in eis. q sanauit eos Nemo tñ aliᵹ
fecit q̄cūq talia opa in eis fecit qm̄ q̄sq̄s alius
homo aliq̄d coꝝ fecit ipso faciēte fecit hec aūt
ipse nō illis faciētibᵹ fecit Sed hec etsi pr̄ aut
spūssc̄us fecit nēo aliᵹ fecit q tocᵹ trinitatis v
na substācia ē Ihys g̃ bñficijs amorē non odiū
retribuere debuerūt et hoc eis exprobrās adiūgit
dicēs Nūc aūt viderūt et oderūt me et patrē
meū ℣ Crisᵹ Hoc aūt dicit ne discipuli dicāt aut
igit intra tot mos induristi mala Nōne plus
et odiū pmdisti sz et pphecīā indunt cū subdit
Sz vt impleat sermo qui in lege coꝝ scriptᵹ ē qa
odio habuerūt me gratis ℣ Augᵹ xij de trini. le
gis nōīe aliq̄n simul oia veteris testamēti scārū
scripturarū significāt eloq̄a et ita dñs hic dicit in
lege coꝝ scriptᵹ ē cū legat in psalmis ℣ Augᵹ sup
iohēz. Eorū aūt legē dicit nō ab ipis inuentā sed
ipsis datā Gratis aūt odit q nullū ex odio cōmo
dū querit vel ne cōmodū fugit sic oderūt deū im
pij sic diligūt iusti vt alia pr̄eter illū bona non
expectēt qm̄ ipse erit in oībᵹ oīa Greg xxv mo
ra. aliud est aūt bona nō facere aliud bonoꝝ o
disse doctorē sicut aliud ē ex pāpitatione aliud
ex deliberatōe peccare Ex īfirmitate ei plerū
q̄ solet accidere amare bonū sz iplere nō posse
Ex studio aūt peccare ē bonū nec facē nec ama
re Dicit g̃ nōnūq̄ gr̃a ui ē pām dilgere q̄ pe
trare ita nequi est odisse iusticiā q̄ fecisse non
Dūt g̃ nōnulli in ecclia q nō solū bona nō fa
unt sz eā psequūt et q ipsi facē negligūt eā
in alijs detestant. Horū pcām nō ex infirmitate
aut ignorāna sz ex solo studio perpetrat.
Cū aūt venerit ꝓcletus quē ego mittā vo

bis a pr̄e spūm veritatis q a pr̄e procedit ille
testimoniū phibebit de me et vos testimo
nium phibebitis q ab initio mecū estis.
℣ Crisᵹ Posset discipuli dño dicere si vba a te
audierūt que nulli dixit si opa viderūt q nul
lus aliᵹ fecit et tñ nō pfuerūt Odi oderūt et pa
trē tuū et te cū eo cuiᵹ gr̃a nos mittis q̄lit fidedig
ni erimᵹ Ne igit cogitantes h turbent cōsolaa
onē induat dicēs. cū aūt venerit paclitᵹ quē ego
mittā vobis a pr̄e spm veritatis q a pr̄e procedit il
